

fit 250. 6. in 60. fit 360. 7. in 70. fit 490. congrega fiunt 1100. diuide per libras impuri & fuerunt 180. exit  $6\frac{1}{9}$  & hæc est perfectio massæ totius : deinde per secundam regulam quære ex duabus massis quarum vna est perfectionis oñz. 1. alia  $6\frac{1}{9}$  volo facere massam perfectionis oñz. 3. & inuenies quod ex illa quæ est  $6\frac{1}{9}$  requiruntur 2. oñz. ex illa vnus oñz.  $3\frac{1}{9}$  : dic igitur per regulam 3. si 2. exit  $3\frac{1}{9}$ . quid exigent lib. 180. multiplica in  $3\frac{1}{9}$  ipsum 180. fiunt libræ 560. diuide per 2. exeunt 280. libræ admiscendæ ex argento ligæ vnus, cum tota illa massa trium materiarum vt fiat ligæ 3. & sient libræ omnes mixtæ 460. in quibus erunt argenti puri libræ 115. per idem si loco argenti perfe-

2.	$3\frac{1}{9}$	180
	180	
	$3\frac{1}{9}$	
	-----	
	560	
	2	
	-----	
	280	
	180	
	-----	
	460	

ctionis oñz. 1. velles æs purum miscere, inuentâ totius perfectione, quæ fuit  $6\frac{1}{9}$  & acceptis superationibus argenti quæsi sub ære, signabis  $3\frac{1}{9}$  : sub illa  $6\frac{1}{9}$ , 3. dic igitur si 3. producit  $3\frac{1}{9}$  : quid producet ve exigent libræ 180. duc in  $3\frac{1}{9}$  fiunt vt prius libræ 560. diuidendæ per 3. & exhibunt libræ 186. oñz. 8. æris miscendi, & eadem ratione si velles massam illam ad ligam 10. per argentum purum reducere pone sic  $6\frac{1}{9}$ . & 12. quod est summa perfectio : sume differentiam 10. à 12. & est 2. supposita ad  $6\frac{1}{9}$  : & differentiam 10. ad  $6\frac{1}{9}$  &

$6\frac{1}{9}$	X	12
10		10
2		$3\frac{8}{9}$

est  $3\frac{8}{9}$  supponenda ad 11. dic igitur si 2. facit  $3\frac{8}{9}$ , quid facient libræ 180. multiplica 180. in  $3\frac{8}{9}$ , &  $3\frac{8}{9}$ , fiunt 700. diuide per 3. exeunt libræ 233. vnc. 4. argenti puri addendi : similiter in auro facies per charactos operando per hanc regulam quæ in virtute continet duas præcedentes.

4 Quod si detractionem operari volueris oppositum modum in fine seruabis, volo

oñz. 17.	oñz. 10.
Char. 21.	Char. $18\frac{1}{3}$
Char. 357.	Char. 185
Char. 51.	Char. 55

ex oñz. 17. auri charact. 21. eximere oñz. 10. char.  $18\frac{1}{3}$  vellem scire quid remanebit duc 17. in suam perfectionem fiunt char. 357. duc in residuum fiunt 51. superant enim charact. 3. ad totalem perfectionem deinde similiter duc char.  $18\frac{1}{3}$  in 10. fiunt char. 185. & 10. in residuum fiunt 55. subtrahe purum à puro impurum ab impuro

& sient puri residuum char. 172. impuritatibus autem char. demi non possunt non igitur poterit fieri hæc subtractio sine æris additione, & hæc considera quantum in vanum laborares. Quod si perfectionis 20. auferre vel-

oñz. 17.	oñz. 10
Char. 21.	Char. 20
Char. 357	----- 200
Char. 51	----- 40
	-----
	Char. 157
	Char. 11

let possibile foret superfluerent, auri enim char. 157. impuritatibus autem char. 11. reliqua igitur massa esset oñz. 7. perfectionis char.  $22\frac{1}{3}$ .

Quod si quæstio ex terminis ignotis operare per algebram secundum has regulas & æquatio demonstrabit quæsitum, veluti dixit quis adiunxi oñz. 10. auri char. nescio quantum oñz. nescio quantum alterius auri char. 10. & fuit massa char. 18. oñz. nescio quantum, vel sic auri oñz. 10. char. 12. miscui auri oñz. tot quot erat numerus perfectionis charactorum, & exierunt oñz. nescio quot perfectionis char. 14. vel oñz. in sexquitertia maiores characteribus in omnibus operaberis per rem cum regulis supradictis & habe bis æquationem.

Quæstio prima Quidam dixit habui libras 2. auri, perfectionis d. 21. gra. 15. volo reducere ad perfectionem d. 22. quantum auri requiritur, dictum est quod auri perfectio sumitur ex charactis modo dixi ex denariis, vt intelligeres quantum est idem modus operandi, dispone igitur perfectiones vt vides hic deinde subtrahe d. 22. ex d. 24. qui sunt perfectio auri puri, & sient d. 2. suppone ad aurum impurum, & similiter subtrahe d. 21. gra. 15. ex d. 22.

Aurum purum.	Aurum impurum.
d. 24.	d. 21. gra. 15
-----	-----
gra. 9	Aurum sciendum d. 2
	d. 22
	2 9 576
	-----
	9
	-----
	5184
	-----
	2
	-----
	2592
	-----
	24
	-----
	108
	-----
	24
	-----
	oñz. 4. d. 12

remanent gra. 9. quos suppone auro puro: dices igitur quod pro omnibus d. 2. auri impuri oportet addere gra. 9. auri puri, dic igitur per regulam 3. si d. 2. volunt gra. 9. quantum volunt vnciæ 24. resolu vncias 24. in d. fiunt 576. denarij multiplica 576. in 9. fiunt 5184. diuide per 2. exeunt gra. 2592. auri puri, & tantum requiritur ad hoc vt tota massa perueniat ad perfectionem 22. denariorum diuide igitur gra. 2592. per 24. exeunt, 108. & tot erunt denarij & nihil superest